

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Heinrich Rahn Marcus Papke

## **Disputatio Iuridica De Furtis**

Rostochi[i]: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766231933>

Druck Freier  Zugang





Ja - 1143 1-58.  
Z 16.76.2



42. f. 2



ANNUENTE JEHOOVA  
 DISPUTATIO JURIDICA  
 De  
**F U R T I S**  
*Quam*  
 PRÆSID E.

Viro Magnifico & Clariſſimo  
 Dn. HENRICO RHANEN,  
 J. U. D. & p.t. Rectore, Professore publico, Præ-  
 ceptore ac Fautore suo, omni observantia ge-  
 nere perpetim colendo,

Publicè proponit,  
**M A R C U S PAPÆ** / Rostoch:

In Auditorio Majori ad diem IV. Augusti  
 horis solitis.



**ROSTOCHI,**

Litteris NICOLAI KILII, Academ. Typogr.  
 Anno M DC XXXVIII.

ANNALIS JAHNAE  
Dicitatio Juridica

De

# ANNALIS JAHNAE



MARCUS ALEXANDER

Wolfgang Hirschmann

Rostock

Print-Nachdruck 1971, Akademie Verlag

ISBN 3 03 30006



12

**M**editanti mihi quid potissimum, de quo dicere, eligerem, & cui differendo, si quae animi essent vires, me manciparem, occurrit furorum materia, cuius considerationem tanto magis necessariam puto, quanto delicti hujus frequentia ulceratis hisce temporibus major est. Ita enim seculum hoc comparatum est, ut multi harpijarum instar, Jure & Justitia posthabitis, aliorum bona diripere, direpta possidere, possessis pro lubitu uti, non modo vitium non esse putent, sed & artem hanc quasi profiteri videantur. Opera ergo pretium me facturum arbitror, si hanc in foro maximè vulgarem materiam breviter pertractavero: cum & alios præclarioris judicij ante me idem argumentum tractasse videam, sciamq; ex l. 25. liberat. Leg: ea plenius attingenda esse, quæ quotidiana sunt. Implorato autem numinis Divini auxilio rectâ ad ipsum institutum pergo, initum faciens à definitione, quam fundamen-  
tum quodam methodice disputationis perhibet Everhard à Midlenb. in Loc: leg. à Defin. in fine.

THEISIS I.

Furtum est [a] Contrectatio [b] fraudulosa [c] rei [d] alienæ [e] lucri faciendi gratiâ [f] vel ipsius rei [g] ejusvè usus [h] vel possessionis [i] Jure naturali prohibita [k.]

[a] Dictum à furuo seu nigro, quod clam & obscurè fiat, & plerumq; nocte: vel à fraude, quam semper pedisse quam habet, vel à ferendo seu auferendo: vel à Græco sermone Φέρειν, quo fur appellatur. Imo & Graci δοῦλος τῆς Φέρειν, i. e. ferendo Φέρειν dixerunt, l. i. in pr. ff. de furtis §. 2. Inst. de obligat. quæ ex delicto nascit.

A 2

[b] Sola

[b] Sola faciendi furtum cogitatio furem non facit. l. 1. §. 1. ff. et  
dem Cum cogitationis pœnam nemo patiatur. l. 18. ff. de pœnis. neq;  
animo furtum committitur l. 3. §. 18. in fine de adqñrenda posse: sed ipse  
Actus contrectationis interveniat necesse est l. 52. §. 19. b. t. l. 3. §. 18. de  
acquirenda pos: qui ne subsequenti pœnitentiâ tollitur, cum nemo  
pœnitentiâ suâ nocens esse desinat l. 65. ff. de fnrt. Contrectare autem  
hic non tantum significat localiter movere, sed etiam re ex justa causa  
penes se existente illegitimè uti, ut ostendit. §. 6. Inst. de obligat. quæ ex  
del. nas.

[c] Non enim simplex Contrectatio, sed fraus ei juncta & affectus  
furandi, furem facit. l. 37. in pr. ff. de usucap. & §. placuit 7. Inst. de  
oblig. quæ ex delicto, & §. 2. vers. item si is. Inst. de usucap. & nemo fur-  
tum facit sine dolo malo, l. 50. §. 2. b. t.

[d] Etiam minimæ. Non enim furtum ex rei subtractæ quantita-  
te, sed ex animo surripientis æstimatur. l. 5. §. 6. de acquirend. rer. do-  
mino: & §. 34. Inst. de rer. divisione. Neq; excluditur hac voculâ rei,  
liber homo l. 14 §. 13. l. 38. §. 1. ff. & §. 9. Inst. hoc tit. Hic queritur: an  
tempore necessitatis & famis extremæ aliena esculenta surripiens furti  
fit Reus? Negandum videtur, cum per Can. 25. de Consecr. dist. 5. & c. 3.  
Extr. de furt. ubi glossa addit tempore necessitatis omnia esse commu-  
nia argument. C. sicut ii. 8. distin. 47. & c. 2. 12. q. 1. tum ex eo quod ne-  
cessitas faciat licitum, quod licitum in lege non est. l. 4. Extra de R. Fur.  
nec legem habeat. C. sicut. 10. de consecr. dist. 1. cap. 2. in fine. de obser-  
rat. Jejun. Sed hæc, præterquam quod falsum est tempore necessita-  
tis omnia esse communia, non probant, furtum non esse quod tempo-  
re necessitatis fit, neq; poenam ullam mereri: Verum sicuti expresse  
dist. C fraternitatis. n. 12. q. 2. docet. mitius ejusmodi fur, quam alius  
plecti, atq; interdum excusari debet. Quod & innuit alleg. c. 3. Extr.  
de furt. Ideoq; affirmativa huius Questionis verior erit, Non enim  
agnoscendum ei qui obtentu paupertatis turpem vitam agit. l. 43 §. 5.  
de ritu nupt. & nulla necessitas excusat, in Divina constitutione prohi-  
bitum, ut loquitur glossa in allegat. C. 10. de Consecrat. dist. 1. ex C. ita  
no 3. 32. q. 5. Quis deniq; nebulonum non prætensurus esset famem,  
qui vellaborare vel honestè se alere nolit. Unde benè de hoc furto di-  
ponit Constat. Criminal. Caroli V. art. 166.

[e] §. 6.

linea [N]

[e] §. 6. *Instit.* b. t. non tantum quæ proprietate aliena est, sed etiam in qua aliquis possessionem, vel aliud jus habet, quâ de causa Justin. in § 1. hic cùm *Ulp* in l. 1. §. 3. *Eod.* distinctè dicit, rei, usus, possessio-  
nis. Exinde debitor auferens rem pignoratam creditorì, furtum rei  
suæ committere dicitur in §. 10. *Inst. hic jung.* l. 4. §. 21. & l. ult. ff. de usu-  
exp. & § 14. in fine b.t. imò rem saltem hypothecatam inscio creditore  
alienantem furtum facere ait Paul. in l. 66. in pr. ff. b. t. junct. l. 6. C. de  
usucap. pro Emptor. Quia non tam rem suam furatur, quam Jus suum  
creditori intervertere existimatur. Aliàs suæ rei, quæ omnino sua est,  
quis furtum non facit. Nam quâ ratione quis propriæ rei furtum fa-  
ceret, cum unicuiq; liceat prolubitu suis uti, modò ne abutatur §. fin.  
*Inst. de his qui sui vel alieni fur. sunt.*

[f] l. 1. in fine ff. & §. 1. *Inst. b. t.* atq; hoc maximè distinguit fur-  
tum à reliquis delictis: est enim finis qui distinguit actiones: & à pro-  
posito maleficia distingui docet Paul. in l. 52. in pr. b.t. ut non tam fa-  
ctum, quam finis & faciendi causa spectetur l. 39. in pr. b.t. Iste itaque  
finis si absit furtum non erit.

[g] Mobilis tamen tantum. Nam eorum sententia, qui etiam  
fundi locivè furtum fieri arbitrantur. (inter quos teste Gell. Lib. 11.  
Cap. 18. fuit Sabinus) est abolita l. 38. in fine ff. & §. 3. in fine *Inst. de*  
*usucap.*

[h] Hoc est quod paulò ante attigimus, fitq; dupliciter si nimi-  
rum quis utatur re, cuius vel nullum usum habet, vel utatur ultra limi-  
tatum & concessum usum. Nullum usum habet Depositarius & Cre-  
ditor in pignore. Itaq; ille re depositâ, hic pignore utens, furtum com-  
mittit. Limitatum usum habet commodatarius, quem si excedat, fur-  
tum committit. §. 6. *Instit.* l. 40. l. 54. ff b.t. Hinc Gell. Lib. 7. cap. 15. ex  
Q. Scævola ait, quod cui servandum datum est, id si usus est, sine quod  
utendum acceperit, ad aliam rem atq; acceperit, usus est, furti se obli-  
gavit. Draco Legumlator censuit furto teneri eum, qui jumentum a-  
liorum, quam quo utendum acceperat, deduceret. Alex. ab Alexan. lib.  
6. Gen. dier. C 10. Et Valer. Max. lib. 8. cap. 2. Quendam furtii damna-  
tum narrat, quod e quo cuius usus illi usq; Ariciam commodatus fue-  
rat, ulteriore ejus municipii clivo vectus esset. Sed hoc, licet fidei  
forsitan servandæ causa statutum, durum tamen usum fuit, ut

quis ex dictis jam causis statim iudicio famoso & poenali damnaretur: idem limitatum fuit, ut non procederet, si quis citra animū fraudulentum, credens dominum id facile permisurum, re commodatā ultra limites initio adpositas usus fuerit, l. 76. in pr. ff. §. 7. Inst. b. t. jun. I. 1. 46. §. 2. h. t. De Jure Saxonico is qui ultra determinatum tempus alteri vesterem, aut equum commodatum retinet, & propterea accusatur, statim restituere, & si corruperit, vel diminuerit commodatori ad interesse teneatur, furtum tamen commisso dici non potest. Ita enim disponitur art. 22. Lib. 3. Wer einem andern leihet sein Pferde oder Kleidt zu bescheidenen Tagen/helt ers yber die zeit/ vnd wird darüber beklagt/ so muß ers zu Hand wieder geben/ vnd bessern/ ob ers geerget hat: Dieberen noch Raubens mag er in nicht beziehen/ huc pertinet quod in l. 7. C. h. t. & l. 22. §. 7. ff. traditur: eum scil: qui pecuniam sibi traditam, ut aliò deferret, in suos usus convertit, furtum facere. Quod & is committit, qui pecuniam à me accepit, ut creditorimeo solvat; si cum tantam pecunię summam eidem creditori deberet suo nomine solverit, l. 52. §. 16. f. b. t.

[i] In omni furto intervertitur possessio, ut nec fiat furtum, si rei penes alium non sit possessio. Sed cum hic ductu Imp: in §. 1. Inst. & Paul. in l. 1. §. 3. f. b. t. possessionem opponamus rei & usui, oportet intelligi tale furtum, quod solius possessionis intuitu perpetratur. Cujus rei exemplum in debitore rem pignoratam creditorī surripiente, supra lit. e. adduximus. Aliud peti potest ex l. 74. h. t.

[k] l. 42. de V. Sig. Cum Jure naturali, quod Jus gentium vocatur in §. 1. Inst. de I. N. G. & Civil. & §. 41. Inst. de R. divis. Dominiorum distinctiones introductæ sint, §. 21. Inst. de R. divis. & l. 1. de acquiren. R. Dom. & natura ipsa neminem cum alterius jactura & detimento locupletari sinat l. 14. de condic. indebiti. Neq; hic quorundam populorum mores perversos spectemus, ut potè Lacedæmoniorum & Ægyptiorum, cum nec ipsos furtum, quâ tale approbasse verisimile sit. Apud illos enim scribit Gell. lib. 1. cap. 18. Juventuti permissa esse furta, non obturpia luera, neq; ad sumtum libidini præbendum, comparandam opulentiam; sed ad exercendam rei militaris disciplinam, ut scil: furandi solertia & assuetudo acueret, firmaretq; animos adolescentium & ad insidiarum astus, & ad vigilandi tolerantiam, & obrependi celeritatem,

tatem, jun. Alex. ab Alexan. lib. 6. Gen. dier. c. 10. Similiter & hos specialiter aliqua ratione furta admisisse, videre est apud Diod. Sicul. Lib. 1. par. 2. cap. 3. Samiorum autem exemplum, huc planè non quadrat: inter quos, quando Mercurio sacrificabant, sicutum erat, furari, & vestes aliorum klepsere in memoriam latrociniorum, ex quibus decem olim annos vixerant. Plut. Quest. Græc. 55. Et quid si una atque altera gens simpliciter probaret furta, non tamen illius barbara instituta juri gentium derogarent, quod plerisque & omnibus penè gentibus est commune. Non propterea, inquit Socrates apud Xenophon. 4. ὑπομν. quicquam desinit esse juris naturæ, quod quidam contra faciant, & eleganter Justinus in Colloq. cum Tryph. Jud. Quæ semper & in universum justa sunt, solidam justitiam præbent cuivis hominum generi, in quo nemo ignorat malum esse adulterium, stuprum, homicidium & hujusmodi cetera, quæ etiamsi omnes facerent, scirent tamen se iniuste facere, exceptis his, qui pleni spiritu impuro & malâ educatione, malisque moribus & legibus depravati naturalem sensum amiserunt, aut extinxerunt, oppresseruntque. Liceat enim videre facientes, quæ sibi nollent fieri, & opprobrantes aliis ea, quorum sibi ipsi sunt consciæ. Videmus ergo Ius gentium non tam ex usu, quam ex naturali ratione metiendum esse, neque corruptos mores gentium præjudicium veritati facere. In quam rem etiam habemus Pauli Apost. ad Rom. 2. testimonium.

## TH. II.

Est vero Furtum duplex: Manifestum [a] & occultum [b] utrumque subdistinguitur in Diurnum vel Nocturnum. [c] Ulterius dividi solet in concepturn & oblatum [d] domesticum & non domesticum [e] tumultuarium [f] balnearium [g] tygni [h] Arborum furtim cæsarum [i] & id genus alia. [k].

[a] Dicitur, quando fures vel επ' αὐτῷ φέρει. est cum furto, ut Ulpianus interpretatur in l. 3. ff. de furt. vel ut Imperat. loquitur, in eo loco, quo sit furtum, vel denique cum re furtivâ deprehenduntur antequam eo loci pertulerint, quo perferre & deponere, & eo die cum re furtivâ manere destinaverant §. 3. Inst. de obl. quæ ex del. l. 3. §. fin. l. 4. ff. b. t. jung. Crim. Constitut. Carol. V. art. 157. nec interest in publico an in pri-

in privato deprehendatur, modo ante fiat, quam ad locum destinatum  
rem furtivam perferat l. 5. ff. eodem & d. §. 3. Inst. & art. 157. & 158. in  
Const. Crim. Carol. V. Visus quoq; fur, rem surreptam adhuc tenens,  
licet abjecto furto aufugiat, furti nihilominus manifesti tenetur l. 7. §.  
2. & d. §. 3. vers. imd ulterius. Inst. h. t. parviq; referre putat Celsus, Do-  
minus an Vincus, an quilibet transiens deprehendat d. l. 7. §. 3. ff. de  
furt. Exemplum vide, n. l. 24. §. 2. de usur. Quod si vero ad locum de-  
stinatum pertulerit, tametsi cum re furto ablata deprehendatur, non  
est fur manifestus l. 5. §. 1. ff. eodem.

[b] Hoc quod sit ex praedictis satis colligi potest. Nam quod ma-  
nifestum non est, hoc Occultum seu nec Manifestum erit, l. 8. ff. de furt.  
& d. §. 3. in fine Inst. h. t. & art. 158. in Const. Crim. Carol. V. Ceterum si  
cum quispiam tibi furtum faceret de domo tua, te, ne te occideret ab-  
scondisti, etiamsi furtum fieri vidisti, non tamen manifestum est l. 7. §.  
l. h. t. Quia vidisti saltem surripientem, non vero accurristi ad com-  
prehendendum eum, quæ duo simul in deprehensione requirit Celsus  
ind. l. 7. §. 2. Cujac. II. obs. 38. in fine & cum eo Bach. in Inst. ad §. 3. h. t.  
putant ad deprehensionem requiri acclamationem. Ultramq; furti  
speciem Massurius apud Gell. Lib. II. cap. 18. brevibus ita describit. Ma-  
nifestum furtum est, quod deprehenditur dum fit. Faciendi finis est,  
quum perlatum est quo ferre cepit. Quomodo autem quis ejusdem  
rei manifestus fur esse queat, vide in l. 21. in pr. b. t.

[c] l. 4. §. 1. ad L. Aquil. art. 159. Const. Crim: Carol. V. Atrocio-  
res verò sunt nocturni quam diurni fures, nec multum absunt à Latro-  
nibus & Proditoribus, uti ex Seneca refert Cujac. II. Obs. 27. Ideoq;  
extra ordinem puniuntur illi l. 1. de furibus bñln. Hi jure ordinario.  
Prætereas furem diurnū, non aliter occidere licet, quam si telo se defen-  
dat, atq; rem ita deprehensam sibi eripi non patiatur l. 4. §. 1. ad L. Aquil.  
l. 54. §. 2. de furt. Nocturnum XII. Tabulæ quoquo modo impune in-  
terfici voluerunt, teste, Cic. pro Milon. paulo post princip. jung. Gell. II.  
noct. At. 18. Idemq; statuit lex Divina Exod. 22. v. 2. ut ex eo Jus Canon.  
C. 3. de homicid. Ratio hujus rei duplex dari potest, vel quia noctu non  
potest advocari auxilium; vel quia eo tempore non potest discerni an  
ad furandum vel occidendum accesserit. Hinc putat Bach. ad Treutl.  
tb. 2. lit. b. aut à Triboniano esse, aut ab interpretatione prudentum,  
quod,

et nec manifeſt

quod ut nocturnus fur jure occidi possit, requiratur testificatio cum clamore d. l. 4. §. 1. ad L. Aquil. & ejusmodi periculum, sine quo ei parci nequeat l. 9. ad L. Cornel de sicariū. Cujac. autem ob jam allegata loca bina legem XII. Tabul. quæ diurnum furem tēlo demum se defendantem perimere, nocturnum omnimodo concedit, non in nocturno, sed saltem in diurno fure valere arbitratur 14. obs. 15. & inter jam dictos fures nullum discrimen superesse.

[d] Cai. 2. Inst. 11, illud dicebatur, quando res furtiva testibus praesentibus apud aliquem, qui scilicet sciens illam recepit, quaesita & inventa erat, §. 4. Inst. de oblig. que ex delicto. Hoc, quando quis rem furtivam alii dolose obtulerat, ne apud se inveniretur, §. eod. Sed ambo haec potius species actionis esse dicuntur §. 3. Inst. b. t. furto cohaerentes, quæ genera furtorum. Illæ ipsæ tamen actiones, unâ cum aliis duabus quæ enarrantur in §. 4. Inst. d. t. utpote furti prohibiti & non exhibiti, in desuetudinem abierunt, propterea quod hodie requisitiones rerum furtivarum secundum veterem observationem non amplius fiant, sed omnes, qui rem furto ablatam scientes suscipiunt & celant, furti nec manifesti teneantur d. §. 4 in fin. Si vero statim probari non possit furtivam rem in alicuius ædes delatam, atq; à domino ipsarum fraudulose receptam esse, & tamen adsint indicia non levia susceptæ & occultæ rei, auctoritate Magistratus etiam hodie inquisitio rei furto ablatæ in domo aliena fieri potest. Mynsing. Bach. & alij ad §. conceptum 4. Inst. b. t.

[e] Domesticum est, quod fit vel patrifamil. ab uno ex familia, uxore, servis, liberis, vel patrono à liberto aut cliente, vel à mercenario ei, qui operas illius conduxit l. 16. 17. 52. §. 1. 2. & 4. l. 89. ff. b. t. l. 11. §. 1. π de pān. Const. Crim: art. 165. Licet contra has personas Actio furti non detur. De uxore res clara est. Contra hanc enim constante matrimonio nulla actio d. l. 52. & l. fin. §. 4. C. h. t. soluto eo Actio rerum amotarum conceditur tor. tit. ff. & C. de Act. rer. amot. De liberis & servis res etiam dubio caret, quia parentibus & dominis omnia acquirent, & hi in illos Jus animadvertisendi habent d. l. 17. in pr. §. 12. Inst. b. t. Prior tamen ratio, cessans in filio peculium castrense habente, facit, ut contra illum actio furti utilis detur d. l. 52. §. 5. b. t. Quaritur hic, si ex diverso pater filio res Castrensis peculii subtrahat, an furti teneatur?

B

Respond:

Respond: cum Ulpian: in d. l. 52. §. 6. patrem in hoc casu non tantum furtum facere, sed etiam furti teneri. At famosa actio non conceditur filio in patrem l. 5. §. 1. de obs. par. & patr. præst. l. 11. §. 1. de dolo. Itaq; quod traditum est in all. 52 §. 6 intelligendum erit de actione nifli, sive in factum, Cujac. in d. l. non debet. l. 11. de dolo malo. Bach. ad §. hi qui 12. Inst. b. t. Quod autem patrono simili modo, cum tamen similes rationes non occurrant, denegetur actio furti contra libertum, & quod plus est contra mercenarium ei, cui operas præstat l. 89. b. t. mirum videri alicui possit. Non-domesticum quid sit, ex dictis satis constat, cum contrariorum sit eadem cognoscendi ratio.

[f] Quod fit, quando ex incendio, ruina, naufragio, rate aut nave, domovè expugnata aliquid rapitur l. 1. l. 3. §. 2. & tot. tit. de incend. ruin. nauf. l. 18. ff. defart.

[g] de quo in tit. 17. Lib. 47. ff.

[h] de quo tit. 3. Lib. 27. ff.

[i] vide tit. 7. d. Lib. Conſtit. Crim: Carol: V. art. 168.

[k] Qua distinctiones, & si sunt similes ab objecto, sive circumstantia aliqua, defumptæ, non opposita semper faciunt membra, & species furti omnino distinctas, sed saltem ad mitigandam seu exasperandam peccatum.

### TH. III.

Causa efficiens furti est voluntas ac animus furgandi [a] materia est res aliena [b] forma ipsa rei correctatio [c] finis lucrum [d].

[a] l. 22. in pr. & § 7. b. t. §. 1. Inst. eodem. Plura hac de re vide theſ. 1. lit. c Qui ergo furti Consilium capere non potest, non potest furari l. 90. §. 1. b. t. Hinc impubes furtum non committit rem alienam amovendo, nisi sit proximus pubertati §. 18. Inst. de obl. quæ ex delict. nasc. qui dolii capax dicitur l. 23 in pr. b. t. l. III. de R. J. jung. Conſt. Crim: Carol. V art. 164. Proximus autem pubertati definitur, qui nec dum est pubes, sed propè est à pubertate, quæ est in masculo 14, in foemina 12 annus, completus in pr. Inst. quibus mod. tutel. finitur, l. 2. in pr. de vulg. ſubſt. l. 13. §. fin. l. 26. de tut. & curat. dat. ab his. Secundum jura publica inquit Macrobius saturn. 7. duodecimus annus in foemina, & quartus decimus in puerq; definiuit pubertatem. Similiter nec is, qui putavit

12

putavit se domini voluntate rem illius attingere, non est fur. Dolus enim & voluntas furandi abest, sive falso id, sive vere putet l. 46. §. 7.  
*b.t.* Ex quo è contrario rectè infertur, furtum committi ab eo, qui putavit se invito domino facere, utcunq; ominus fuisset permissurus d.l. 46. § penult. *b.t.* cuius §. ultima verba: *ne furti sit obligatus*; ne cum prioribus, ne cum §. 8. *Inst. l. 43. §. 5. l. 48. §. 2.* ne deniq; cum ratione pugnant, pro declaratione ejus, quod paulò ante dictum fuit, habenda & ad effectum referenda sunt, ut scil: dominus, quo volente res fuit ablata, licet furtum reverà commissum sit, actione furti non possit experiri, & auferens eo effectu perinde habeatur, ac si furtum non fecisset. Quod & in aliis quibusdam casibus, quorum mentio facta est *supra in thes. 2. lit. e* contingit. Effectus enim hic quo minus in actum deducatur, licet positâ causâ, ex justis rationibus potest impediri: seu potius actio ipsa, quantumvis ipso jure nata, à Magistratu seu Legislatore ex justis causis denegari. Hæc obtinent ubi dominus serio id permissurus fuisset, secus si simulavit, ut alium deprehendat in crimen *juxta d. §. 8. in fin. & l. 20. c.b. t.*

[ b ] De hac quoq; dictum est *thes. 1. lit. d. & e.* Addimus tamen hoc loco, rei commodatæ commodantem furtum facere, si commodatarius retinendi causas habuit v. g. si impensas in rem commodatam fecisset necessarias, ob quas interfuit ejus potius per retentionem illas servare, quam ultrò commodati agere l. 15. §. fin. l. 59. ff. *b.t.* Rei emptæ emptorem, si antequam pecuniam solveret, eam subtraxerit vendori l. 4. §. 1. *b.t.* Dominus quoq; qui rem surripit, in qua ususfructus alienus est, usufructuario furti tenetur l. 15. §. 1. l. 20. §. 1. *b.t.* Extra hos similesq; casus queri hoc loco potest. An quidebitori rem ipsam debitam subducit, vel vice ejus aliam surripit, furtum committat? In priori membro, si debitor nullâ exceptione, aut retentionis jure munitus est, fur statim non est, qui rem debitam aufert; quia non præsumitur animo doloso & lucrandi id facere, sed juris sui servandi causa, *fac. l. 55. h.t.* Ubi creditor rem sibi pignoratam auferens non videtur contrectare, sed pignori incumbere. Interim tamen, nisi insigni frustratione debitoris excusetur, rem sibi debitam contrectans incidet in Edictum Marci l. 13. ff. *quod metus causa*, hoc est, ius crediti non habebit, & si vim adhibuerit, in Legem Julianam devi priyata.

*I. penult. & ult. ff. ad l. Jul. de vi priv. l. 5. C. cod.* seu in peccatum legum 8.  
unde vis, atque in rapina crimen l. 2. §. 18. in fin. ff. §. 1. v. si quis, Inst. de vi  
bon. rapt. In posteriori membro, qui vice rei debitæ æquivalentem rem  
surripit, a furto non excusari potest. Quamvis enim contraria opinio  
communis prohibetur a Corarr. 1. var. resolut. c. 2. n. 15. v. 4. colorem  
que recipiat ex hac hypothesi, quod debitum esse debeat liquidum, &  
quod creditor nulla alia ratione illud consequi queat: attamen non  
tantum termini isti vix videntur habiles in Republ. bene constituta,  
ut quis quod sibi debetur per judicem non possit consequi: sed etiam  
res est mali exempli permittere, ut fiat furtum sub debiti praetextu, vide  
Obrecht: disp. b. c. th. 136. Bach. ad Treutl. b. c. th. 1. lit. E. fac. tot. tit. C. ne  
qui in sua caus. Porro rem inventam qui lucrandi animo celat, fur  
est l. 43. §. h. t. & c. 44. & 6. 14. Q. s. nisi Dominus eam pro de relicta  
habeat, h. e. si ea mente abjecit, ut illam in rerum suarum numero esse  
nolit §. ult. Inst. de R. divis. d. l. 43. §. 5. & 6. h. t. In ea quoq; re commi  
titur furtum, quæ levanda navis causa in tempestate ejecta est, quia  
palam est, eam non eo animo ejisci, quod quis illam habere nolit, sed quo  
magis cum ipsa nave maris periculum effugiat, d. §. fin. Inst. de R. divis.  
l. 2. in fin. l. 8. de L. Rhod. de jact. fac. l. 58. de acquirend. R. dom. & l. 21. §. 1. &  
2. de acq. vel amitt. pos. Considerato scil: principio externo, quod  
cogit & facit, ut quis malit amittere bona quam vitam, licet alias ratio  
ne principij proximi interni, quo quis vult perire merces, salva ut ma  
neat vita, sit actio voluntaria. Reiverò hereditariæ ante aditam her  
editatem furtum non fit l. 4. §. 14. l. 68. h. t. l. 1. §. 15. si quin teſt. lib. esse iuſſus  
l. 2. & ult. Expil bared. quia reverores nullius est. Et ex hac ratione fe  
ratur, volucrum, piscium maris & fluminum publicorum &c. si in  
naturali libertatem se receperint, furtum non committitur §. 12. &  
13. Inst. de R. divis. l. 26. h. t.

[c] Illa est vel vera, de qua theſ. 1. lit. b. & fit quando res contre  
ctatur, tangitur, amovetur: vel facta, quam ratione effectus Ius pro  
vera habet, unde furti tenetur, qui furtum non fecit, §. II. in pr. Inst. b. t.  
id est, qui ipse rem manusua non correctavit, & tamen furtum facere  
dicitur, l. 50. §. 1. ff. & d. §. II. v. ope. & §. 12. v. si verd. Inst. b. t. Verba autem  
illa ope & consilio, an coniunctim requirantur, vel an alterutrum suffi  
ciat, ut furti quis reus sit, non satis expeditum est. Nos cum Paulo in l. 53.  
§. ult.

**S. ult. de V.S.** separatim accipienda putamus, quod scilicet a consilium citra opem, & vicissim haec citra illud sufficiat ad furtum ejusque actionem, si modo contrectatio secuta sit, d. l. 53. in fin. l. 50. §. penult. l. 52. §. 19. b.t. Et quamvis verba illa, saepe in hypothesi concurrant, & coniunctim proponantur, ut in l. 36. in fin. prin. d. l. 50. §. 1. & d. l. 52. in fin. l. 50. b.t. non tamen necesse est, ut ad effectum agendi utrumque concurrat per d. l. 53. §. fin. de V.S. Verum ad evitandam homonymiam & evolverendam magis hanc controversiam notari potest triplex consilium. Unum est, quod mandati speciem praese fert, & instructionem, hortationem, impulsioneque continet, quo sensu quidem in specie opponitur opere & auxilio, tanquam actui proxime ad furtum directo l. 50. §. 3. b.t. sed tamen incidit in furtum. Alterum designat fraudulentem propositum & dolum, eoque sensu latiori ab opera opeve nonquam separatur, ita usurpat in l. 53. §. ult. de V.S. ubi dicitur: Opem tulisse non nocere, nisi & consilium malignum adfuerit, v.g. Si quis aliquem doceat rationem quomodo debeat penetrare in aedes, aut ubi reposita sit pecunia, in his enim simul inest opera. Quo etiam potest referti casus l. 36. in pr. si quis servo persuaserit fugam, ut ab alio surripiat. Tertio, consilium aliquando subsistit in nudis terminis monitionis & incitationis, veluti, si quis petenti pecuniam & egestatem professo simpliciter inuideat, ut furto sibi pecuniam comparet, & hic furti non tenetur. De ejusmodi consilio exaudiendus est §. 11. in fine Inst. b.t. Opem quoque ferre sumitur latius & strictius. In specie denotat, si quis praesens juvet, aut absens instrumenta ad furandum prudens sciensque commoderet §. 11. v. at ubi Inst. l. 54. §. pen. ff. hic. Prius illud fit vel directo, veluti si quis fenestriscalas supponat, d. v. at ubi §. 11. Inst. b.t. vel oblique v.g. si nummos ex manibus excusserit, ut alius surriperet, oves fugarit, ut alitis eas abduceret, aut tibi obstatiterit, ut alius res tuas auferat d. §. 11. v. in quo numero. Inst. & l. 52. §. 13. ff. b.t. Latius opem ferre significat praebere adjumentum, quod inest quibusdam consilij speciebus, ut in tertio consilii genere jam diximus, cuiusmodi est, quod de instructione & impulsione dicitur in l. 5. §. 3. ff. b.t. Huic denique factae contrectationi adscribi potest factum illius, qui furtum, seu rem furtivam sciens recipit, l. 14. C. b.t. & l. 12. C. ad L. Fab. de plag. l. 9. C. ad L. Jul. de vi publ. vel privat. §. 4. in fin. Inst. b.t. Sic licet ipse noni contrectat

erectet proprie qui furem recipit, & celat, attamen furti tenetur l. 48. §.  
i. in fin. b. t. l. i. in pr. de fugit. Cum quo concordat Jus Saxon: in art. 13.  
& 25. Lib. 2. Wer Diebe behauset/ oder hehlet/ oder einem mit Hülff  
darzu stercket/ wird er dessen überwunden/ soll man über ihn richten/  
als über jenen/ & vulgare proverbum habet/ Der Hehler ist so gut als  
der Stehler. Aliud præterea de jure Civili crimen incurrit, qui fures  
occultat, de quo in tit. ff. de recept. & C. de his qui lat. vel al; crim. reos  
occult; jung art. 177. Conf. Crim. Carol. V.

[d] De quā supra thes. i. lit. e satis. Addimus hīc saltem illam  
quæst: An furtū teneatur, qui rem alienam surripit, ut eam vel D E o,  
vel proximo inopi largiatur? Videtur quidem hic non lucri causa fa-  
cere, quod fecit, & ita nec furtum committere: sed secus se habet, &  
affirmativa quæstionis verior est per c. forte 3. 14. q. 5. & c. sic non  
so. 32. q. 4. & C. non est 27. i. q. 1. jung. Proverb. C. 15. v. 8. Quia species  
lucri est ex alieno largiri, & beneficii debitorem sibi acquirere l. 54. §.  
i. b. t. Neq; propter bonum faciendum est malum.

#### TH. IV.

Effectus furti consistit in actionibus, & pœnis  
inde provenientibus. Actiones sunt vel rei persecu-  
toriæ, quibus ipsam rem ablatam recuperamus [a] vel  
pœnales, quibus pœnam persequimur. Pœnalibus  
his iterum agimus vel civiliter, vel criminaliter. Ci-  
viliter agitur aut ob furtum manifestum in quadru-  
plum, aut ob non manifestum in duplum [b] Crimi-  
naliter quando agitur, Actio est Extraordinaria [c].

[a] Hæ suntrei vindicatio, condicō furtiva, & actio ad exhibendū l. 7. §. 1. de Condiç. fur. Odio eam furum plures sunt actio-  
nes introductæ §. 14. Inst. de Act. Ad Exhibendum Actio  
personalis in rem scripta l. 3. §. 3. ad exhibend. competit ei, cuius interest  
rem furtivam exhiberi, h. e. qui justam & probabilem causam habet,  
ob quam exhibitionem rei desiderat l. 3. §. 11 in fine ad Exhb. Etiamsi  
non sit Dominus d. l. 3. §. 3. & §. 8. 9. 10. l. 13. ad Exhb. Exhibere autem est  
facere in publico apud Magistratum potestatem videndæ & appre-  
hendendæ rei, ut actor copiam ejus habens possit exequi actione quod  
destina-

12

destinavit l. 2. ff. ad Exh. Oldend. cl. 3. Act 1. in pr. Datur contra furem, sive possideat ipse rem, vel ad alium transtulerit l. 3 §. fin. ad Exh. & possidere deficerit; sive corruperit vel interemerit ut exhiberi, nequeat l. 9. in pr. & §. 2 ff. ad Exh. & tum per juramentum in item petitoris damnari potest, Judice quantitatem taxant l. 3. §. 2. ff. ad Exh. Quia dolus pro possessione est l. 131 l. 150 de R. I. Hæres hac actione non quasi hæres, sed suo nomine uti potest. Item hæres possessoris suo nomine tenetur. Non igitur procedit quererere, an in hærede & in hæredem danda sit. Planè ex dolo defuncti danda est in hæredem hæc actio, si locupletior hæreditas eo nomine facta sit: veluti, quod pretium rei confecutus sit, ut loquitur Paulus in l. 12. in fin. ad Exh.

**Rei vindicatio** datur soli domino, cui surrepta res est, ejusq; hereditibus; non aliis, quorum interest furtum factum non esse, jure dominii, non saltem contra furem, sed & contra quemicunq; possessorem; qui licet bona fidei emptor sit, tamen cogitur rem furtivam non refuso pretio restituere l. 2. C. b. t. l. 23. C. de rei vind. Quod si rem dolosè desit possidere, nihilominus, ut in praecedenti actione, tenetur hac actione l. 27. §. 3. de rei vind. & cum rem, quam non habet, restituere non possit, condemnatur quanti in item actor jurat l. 68. in med. de rei vind: jung. l. 157. §. 1. de R. I. Duo autem Actor in hac actione probare debet, & dominium à parte sui, & ex parte rei possessionem, vel quod dolo deficerit possidere l. 9. ff. de rei vind. l. fin. C. eod. l. un. C. de alien jud. mut. causa Schneid. in §. omnium. tit. de rei vind. n. 95. in fin. Inst. de Act. Quæ probatio, præsertim dominii, cum difficultima sit, utilior erit ei, cui res surrepta est

**Condictio furtiva**, quæ actio personalis est, nec onerat actorem probatione dominii, sed sufficit, si dominus, vel ejus heres l. 11. de cond. furt. intendat rem furto ablatam sibi dari oportere §. 14. Inst. de Act. Id quod mirum videtur, cum nostra non condicamus, neque fur sit dominus rei furtivæ, ut ita ex ratione juris formula ipsa: ajo te dare oportere, adversus ipsum competere, non possit argument. §. 1. Inst. de Act. Sed notandum est, quod nemo rem suam condicat præterquam furi l. 1. de cond. furt. l. 14. §. 16. de fur. l. ult. in fin. usuf. quemad. cav. Quod irregulare est, & in odium furum admissum §. 14. Inst. de act. cum condictiones regulariter non dominis dentur contra dominos. Idq; non tantum in condictione furtiva obtinere

obtinere notant Dd. sed etiam in aliis conditionibus, ut scilicet contra furem degenerent Schneid. §. fin. n. 4. in fin. Inst. de obs. quæ ex delicto nasc. Bach. §. sic itaq; 14. Inst. de Act. n. 3 Qualis est Condictio Triticiaria in casu l. 2. de condic. Trit. ubi possessionem condicit eam dejectus, licet dominus fundi non sit, nec jus in illo habeat. Condictio incerti l. 12. §. 2. de cond. furt. & condictio indebiti l. 18. d. t. Sapit itaq; Condictio hæc vindicationis naturam, salvâ tamen hactenus naturâ Condictio-  
nis, ut tantum adversus furem, ejusq; heredem detur l. 5. l. 7. §. 2. licet non possideat §. fin. Inst. de Obl. quæ ex del. l. 7. §. fin. de Cond. furt. rei recipi-  
endæ nomine §. 14. Inst. de Act. l. 5. 4. §. 3. de fur. simulq; ejus gratia, quod interest agentis l. 3. l. 8. in fin. l. 13. de Cond. furt. & hoc, si extat res furtiva,  
quæ si desit esse, condictio estimationis locum habet l. 8. in pr. de cond.  
furt. in qua spectandum tempus, quo res unquam plurimi fuit: maxi-  
mè cum fur rem deteriorem factam reddendo non liberetur. Semper  
enim moram facere videtur l. 8. §. 1. l. fin. in fine de cond. furt. Porro  
instar reliquarum conditionum non infamat hæc actio l. 36. de Obl:  
& Act. Neq; datur contra eum, cuius ope & consilio furtum factum  
est l. 6. h. t. In heredes vero furis eam dari non quidem in solidum, sed  
quantum ad eos pervenit, ad exemplum conditionis, quæ contra ra-  
ptores instituitur l. 2. §. fin. de vi bon. rapt. & aliarum actionum, quæ  
ex delicto nascuntur, vel dari ex delicto videntur, ut loquitur Gaius in l.  
7. de alien. jud. mut. caus. & rei persecutionem continent l. 4. in fin. de  
incend. ruin. nauf. l. 17. §. 1. l. 26. de dol. l. ult. C. rer. amot. & passim. nisi lis  
cum defuncto contestata sit §. 1. Inst. de perpet. & temp. act. l. un. C.  
ex delict. defunct. in quant. hered. conven. l. 139. l. 164. de R. J. vel rem he-  
res ipse contrectarit l. 7. §. 2. de condic. furt. statuimus cum Cujac. 13.  
Obs. 37. & 7. Obs. 37. ubi inquit: Condictio nentem furtivam in heredem in  
solidum dari omnibus placet, secundum l. 9. de cond. furt. Quæ si dees-  
set, omnibus placeret non dari: cum Lycklam i. memb. Eclog. 18. & Riem.  
Dec. 14. Q. I. Quest. Jurid. Deniq; constat harum actionum jam enar-  
ratarum unam alteram tollere, sunt enim, uti dictum, rei persecutoriæ,  
quibus persequimur quod ex patrimonio nobis abest l. 35. de oblig. &  
act. Bona igitur fides non patitur, ut idem bis exigatur l. 57. de R. J.

[b] Ingens inter gentes fuit diversitas in puniendis furtis. Moses  
apud Hebræos constituit, ut bovis furtum ablati & alienati, aut occisi  
quintu-

quintuplū, ovis quadruplū: inventi verò apud furem duplū restituuntur, & si nihil haberet fur, quod redderet, venderetur, *Exod. 22 v. 1. 3. 4.*  
 ¶ 7. Apud Scythes, quibus nihil erat furto gravius, fæverissimā plectebantur pœnā, qui turbato gentium jure possessione dominos exterent. In India, qui furatus esset vectigal, capite plectebatur. In Lycia ferunt constitutum, ut si liber homo quippiam furetur, libertate amissā servus cogatur esse & mancipium *Alexand.* ab *Alex. lib. 6. gen. dier. 5.*  
 6. Inter Bactrianos, qui pauca furabantur, sputis de honestari, atq; ita irridere consueverant: apud Attriōs verò, qui minima subtrahebant, lapidibus obruebantur. *Petr. Cin. lib. 3. de honesta, discip. c. 13. Cælius Rhodig lib. 10. antiqu. lect. c. 6. ex quibns refert Menoch. lib. 2. cen. 4. de arb. ind. qq. c. 295. n. 4.* Vaccæis quoq; si quis vel minimum ex alterius agro surripisset, capite luebat neq; leviorem dabant pœnam apud Phryges, qui rastrum aut vomerem subtraxerant. *Alex. ab Alex. lib. 3. gen dier. c. 5.* Quam pœnam dicat jus Saxonicum tam vetus quam novum spolianti & subducenti aratrum, ostendit *Conſt. 35. part. 4. Conſt. Elec. Aug.* Atheniensium Legislatores Draco & Solon, ille morte, hic dupli pœnā mulctavit furem *Gell. II. noct. At. e. 18.* sine discretione manifesti & non manifesti. Eandem pœnæ varietatem apud Romanos *eod Gell. test. de loc.* Decemviri cum distinctione tamen Furti retinuerunt. Fursum quippè manifestum in servis capitaliter, in liberis corporaliter, videlicet: verberatione & addictione furis ei factâ, cui furatus erat: non manifestum, dupli tantum pœnā vindicarunt. Et sic in Legibus suis XII, Tabul. quas à Græcis acceperant, forsitan & asperitatem Draconis & lenitatem Solonis in duplice furti genere mutari & sequi voluerunt. Postea prætor in locum pœnæ veteris capitalis & corporalis quam Decemviri manifestis furibus irrogarunt, & quæ nimis atrox visa fuit substituit pœnam quadruplici, pœnā dupli in furem non manifestum relieta *Gell. d. c. 18. in pr. Inst. de perper. & temp. Act. & argument. 8. 4. Inst. de noxal. At.* frustra autem hæc pœnæ diversitas in dubium vocatur ex eo, quod occulta scelera gravius puniantur quam manifesta, *l. ult. in derit. nupt. argument. l. 57. de administ. tut.* Nam omne furtum naturam suam clam fieri solet. Et ista distinctione furti manifesti & non manifesti non tam ex modo furandi desumpta est, quam ex eo, quod fur etiam post commissum furtum deprehenditur. Deinde illa saltem gravius

C

puniuntur

puniuntur, si clam fiant, quæ possunt esse, & sunt in differentia, h. e. quæ possunt esse licita & illicita, quorum exempla præbent l. 54. de administ. tut. & l. 27. C. de donat. & ipsa all. ult. de rit. nupt. ea contra, quæ naturâ suâ & semper turpia sunt atq; prohibita, gravius coercenda sunt, quando perpetrantur palam, & exemplo etiam nocent, quam si clam fiant Bach. ad prin. n. 7. Inst. de vi bon. rapt. Schneid. ad §. fin. n. 4. Inst. de obl. quæ ex del. nascentur. Furti igitur manifesti in jure Civili Rom. poena est quadruplici, nec manifesti dupli §. 5. Inst. de Obl. quæ ex del. nasc. §. 23. & 25. de Att. Et hanc tantum persequimur actione furti, quæ purè pœnalis est, absq; omni rei, quæ surrepta nobis est, vel ejus aestimationis persecutione. Ipsius enim rei persecutionem extrinsecus habet dominus, quam aut vindicando, aut condicendo potest auferre §. fin. inst. de obl. quæ ex del. nasc. §. 18. Inst. de Att. l. 50 pro soc. Re ergo extincta aut recepta nihilominus salva est furti actio, condicatio vero & vindicatio tolluntur: sicut ex diverso post solutam dupli aut quadruplici pœnam, salva est vindicatio & condicatio, ut tamen altera eligatur l. 12. & 13. C. h. t. Oldendorp. hic cl. 7. Act. 3. n. 6. Datur omnibus actio furti, quorum ex honesta causa interest furtum non fieri, h. e. ad quem redit qualecumque damnum ob rem surreptam §. n. & seqq. aliquot Inst. h. t. l. 10. & 12. in pr. ff. eod Itaq; bona fidei possessori, non malæ fidei datur: quoniam nemo ex improbitate sua consequitur actionem, quamvis intersit ejus rem non surripi: quippe cum res ejus periculo sit, Ulp. in l. 12. §. 1. b. t. Ex eodem fundamento nec furi conceditur haec actio l. 76. §. 1. b. t. neque ulli, cuius dolo factum est, ut res surriperetur, d. l. 76. & l. 12. §. 1. l. 14. §. 3. b. t. Datur tamen casus, quo is qui ratione possessionis & usus fur est, furti agere potest v. g. Ego tibi polienda vestimenta locavi, tu vero in scio aut invito me commodasti Titio, & Titio furtum factum est. Hic tibi furti competit actio, quia custodia rei ad te pertinet, & mihi adversus te, quia non debueras commodare l. 48. §. 4. h. t. Præterquam vero quod honestas ad id, quod interest, hoc loco requiratur, interesse quoque ejus præsupponendum est, qui rem surreptam habuit domini voluntate l. 58. h. t. seu qui pro restituenda re, cuius custodiā præstare obligatus est, a domino conveniri potest l. 12. in pr. h. t. Sive ad quem pertinet rei amissæ periculum, ut explicat Bach. ad §. furti 13. Inst. h. t., vel ut ait Oldenb. d. Att. cuius periculo res alienæ sunt, & qui de damno vitantur.

doce

12

do experiri jure optimo potest non ejus, qui de captando lucro laborat  
l. 12. in pr. l. 71. §. 1. l. 78. b. t. Nolumus hic præterire antequam  
progrediamur, quod sufficiat interfuisse tempore furti facti, li-  
cet eo tempore, quo furti agatur, non amplius inter sit l. 46. in pr. ff. h. t.  
Pluribus datur actio furti, si plurium inter sit rem non surripi, sicut do-  
mino & fructuario, cum rei surrepta ususfructus vel usus alienus est,  
illi ad duplum ipsius, quod interfuit proprietatem non esse subtractam;  
huic ad duplum ipsius, quod interfuit furtum non esse factum l. 46. §.  
1. ¶ 3. h. t. Et hanc duplificem poenam sustinet fur non immerito: quia  
duplex quadammodo furtum commisisse intelligitur. Domino quo-  
que ipsi competit actio furti, non quia est dominus, sed quia ejus interest  
§. 17. Inst. hic. Hinc domino non satis interesse dicitur ad hanc actio-  
nem, si v.g. creditor, commodatarius &c. quibus ipsius res surrepta est,  
sunt solvendo §. 14. Inst. ¶ l. 14. in pr. ff. h. t. & quamvis ei duntaxat de-  
tur, cuius interest: tamen non id, quod interest duplatum, vel quadruplatum,  
sed rei verum pretium l. 50. in pr. h. t. Si modo totius rei furtum  
factum sit: secus ubi tantum usus, vel possessionis, utin l. 87. h. t. & ubi  
is cui surrepta res est, domino in solidam aestimationem non tenetur, ut  
in l. 46. §. 1. l. 74. l. 82. h. t. Hic notandum, interdum non habere furti  
actionem, cuius interest rem salvam esse, id quod Gajus probat & illu-  
strat duobus exemplis in l. 49. h. t. Conceditur haec actio heredibus  
furtum passis §. 1. Inst. de perp. & temp. att. non vero exercetur in furis  
heredes, nisi lite contestata d. §. 1. ¶ l. 1. in pr. de privat. delict. quia, ut di-  
ctum, pure penal is est, in quam non venit ipsa res surrepta l. 48. in pr.  
h. t. Deniq; haec actio, seu potius ex ea consecuta condemnatio infa-  
mat, l. 1. l. 4. §. fin. de his qui notatur infam. Unde turpis actio dicitur  
in l. 2. Rer. amot. De reliquis furtis, de quibus thes. 2. praesertim a Lit. e-  
usq; ad finem diximus, multa verba facere supersedemus, ne nimium  
crescat noster labor, & propositi terminos cngrediatur. Peti illæ possunt  
exitit. & locis sup. allegatis. Quibus in specie adde, quoad actiones &  
penas de eo, qui tignum (tigni nomine continetur omne genus  
materiæ, ex quâ ædificia constant l. 62. de v. S. l. 1. §. 1. de tig. junct.)  
surripuit suisq; ædibus junxit l. 6. v. aliter. ad exhibend. l. 7. §. 10. de ac-  
quir. rer. domin. l. 22. §. 6. de rei vind. §. 29. ibid. Interp. Inst. de R. divis. Cuius  
23. qbs. 29. Old. claf. 7. att. 6. De eo, qui arbores (quid sub arbori

voce comprehendatur, constat ex l. 3. arb. furt. Cas.) furtum cecidit  
l. 1. l. 2. l. 7. in fin. l. 8. jam dict. tit. ibiq; Wesenbecc. in parat. Carol. V. Con-  
stit. crimi. art. 168. Oldend. clas. 7. act. 7. ex Jure Sax. Lander. Lib. 2. art.  
28. Const. Elect. Aug. pag. 4. Const. 35. De furibus, qui ex incendio,  
ruina, naufragio aut nave expugnata quicquam auferunt.  
l. 1. in pr. l. 7. de incend. ruin. nauf. l. 18 junct. Aut. seq. C. de fnyt. Old.  
clas. 7. act. 9. Menoch. lib. 2. arb. judic. q. c. 297. ex jure Sax. Lander.  
Lib. 2. art. 29. De iis qui sepulchra violant & cadavera spoliant  
l. 3. in fin. pr. l. 7. & l. fin. ff. de sepulch. viol. l. 4. & 5. c. eod. ex jure  
Sax. Const. Elect. August par. 4. Const. 34. De poena eorum qui fru-  
ctus furantur Const. Crim. art. 167. ex Jure Sax. Lander. Lib. 2. art. 39.  
Qui pisces auferunt art. 169. d. Const. Crim. Carol. V.

[c] Quamvis Criminalis actio propriè actio non sit arg. l. 51. de-  
ob. & act. & pr. Inst. de actionib. sed accusatio ; tamen ut alibi, ita & hic  
criminaliter agi dicitur l. fin. ff. h. t. & l. fin. de privat. dilect. ut scil.  
fur arbitrariè puniatur. Apud Longobardos discedebatur à poenâ pe-  
cuniaria Romanorum, ad poenam abscindendi membra pro furto ad-  
missò Oldend. clas. 7. act. 2. n. 6 At Justinianus interdixit iterum mem-  
bri abscissionē, & multo magis poenam mortis, levioremq; saltem per-  
misit furis castigationem Nov. 134. cap. ult. Auth. sed novo Jure c. de serv.  
fugit. Postea Fridericus ejus nominis primus constituit, eum, qui quin-  
que solidos aut plus furaretur, laqueo suspendendum esse, si minus, sco-  
pis & forcipe excoriandum 2. Feud. 27. §. fin. Solidos autem plerique  
in illa Constit. explicant de aureis Ungaricis, inter quos est Schneid. in  
§. alia 2. n. 25. Inst. de donat. Bach. & Treutl. volum. ult. Disputat. 19. thes. 6.  
lit. c. Ubi ait in materia odiosa, & exorbitante alia aestimatio solidi non  
admittatur : in penalibus enim mitior fiat interpretatio l. 42. de pen.  
Schneid. d. loco. Quamvis alias in Jure solidus pro aureo accipiatur.  
Schneid. l. loc. & Myns. ibid. n. 3. Covar. de coll. veter. numismat. c. 3. in pr.  
& s. 2. ubi in v. quinta conclusio ait, aureus à solido nec re nec nomine  
effectu differt Gail. obs. 39. in pt. Alci. 3. dispe. act. 9. Nevizan lib.  
1. syl. nupt. n. 69. cum Par. de Put. clamat Fridericum Imp. ob  
hanc suam constitutionem nimis atrocem in inferno torqueri.  
Sed obviat iis Menoch! & ait, sunt haec somnia vigilantium, Friderici  
cas. 295. n. 13. f. animam & voluntatem judicavit Deus cuius arcana hominibus non  
sunt

Sunt cognita. Sunt, qui putant ipsum Fridericum suam constitutio-  
niem jam dictam exauktorasse *sub tit. de pace tenendi 7. Feud. 53. in fin.*  
*pr. his verbis. Injuria seu furtū legitimē puniatur. Old. d. eläß.*  
*7. act. 3. n. 6. in fin. Myns. ad §. pœn. 5. n. 6. de ob. quæ ex dol. nasc.* Quicquid  
sit, inquit *Old. jam d. l.* Videmus plerasq; civitates pœnam capitalem  
adversus fures per statuta & consuetudinem amplecti, sed ferè non ali-  
ter atq; araneæ solent retinere muscas, cæteris animalibus pervolan-  
tibus.

Caroli V. Criminali Constitutione, in nostro Imperio usitata  
**furtum primum non manifestum**, simplex & quinq; solidos  
non exæquans pœna dupli, vel, si fur pauper sit, pœna carceris vindica-  
tur *art. 157.* furto ejusdē generis manifesto *art. seq. 159.* irrogatur fusti-  
gatio & simul relegatio cum restitutio ablati, si furtatum in bonis  
habet. **Secundum furtum**, quod infra quinq; solidos est, com-  
mittens sifstatur ad palum turpitudinis publicum, & relegetur, vel loco,  
in quo peccavit, addicatur. *art. 161.* Si autem furtum sit cum effractio-  
ne conjunctum, aut fur instructus armis furtum committat seu primâ,  
seu secundâ vice, licet leve sit, tamen si ~~non~~ <sup>mag</sup> est, laqueo, si fœmina aquâ  
suffocetur, aut etiam alia gravi pœna corporis afficiatur *art. 159. & 160.*  
Injungitur tamen judicii, ut caute procedat, & circumstantias prius  
benè perpendat, quam furta puniat *art. 160. jung. art. 158. in fin. art. 163.*  
*& seq. aliquot.* **Tertium fureum** indistincte in Viro laquei, in Mu-  
liere aquæ pœnâ ulciscatur *art. 161.* quia fur qui toties furatus est pro-  
violentio invasore habetur, uti verba habent d. art Ein mehr ver-  
leumbter Dieb / vnd auch einem vergewaltigter gleich geachtet. Et  
sæpius repetitum furtum emendationis spem videtur excludere *jung.*  
*Covar. 2. var. resol. 9. n. 7. de Jure Saxonico quæ pœna in fures, & eorum*  
aut rei furtivæ receptatores, statuta sit, vid. *Lib. 2. art. 13. ibid. gloss.* &  
*Conſt. Elect. par. 4. Conſt 32. & Georg Schulz ad §. pœnas. Inst. de obſ.*  
*quæ ex dol. nasc.* Cum autem ob furtum criminaliter & civiliter agere  
liceat, agitari inter illius interpres, solet quæſtio? An per actionem ci-  
vilem dupli vel quadrupli consumatur persecutio criminalis, & vice-  
versa? Negant communiter *in l. un. c. quand. Civ. act. crim. præjud.* per  
illum textum. Nos affirmamus cum *Cujac. 8. obſ. 33.* moti tam ratio-  
ne, quam textu. Ratio est hæc? Quia utraq; actio jure pœnal is est, u-  
traq;

etraq; tendit ad vindictam. Duplex verò v indicatio unius ejusdemque delicti concedenda non est. Textus extat in l. 56. § 1. h.t. l. 7. § 1. de In-jur. l. 2. § 1. de p̄is bon. rapt.

TH. V.

Hactenus materiam furti pro iustiti ratione inclusimus quatuor thesibus. Nunc corollarii loco sequentia asserta subjungemus, iisq; finem imponemus nostræ disputationi. 1. esto : fure ad mortem condemnato, res furtiva apud ipsum inventa non ad fiscum pertinet, sed domino, cui subtracta est, restituatur [a]. 2. Fur rupto laqueo in terram decidens adhuc stranguli debet [b] 3. Puella furem ad mortem damnatum in matrimonium petens, eum liberare nequit [c]. 4. Fur quidem puniri potest alibi, quam ubi deliquit, si vero remissio petatur à judice loci, in quo delictum perpetratum est, remittatur [d]. 5. Furtum prius leviter punitur, principiis vè indulgentia remissum, in secundo vel tertio furto gravat delinquentem [e].

[a] argument. l. 20. ff. de captiv. & postl. revers. non enim dominus ob peccatum furis re suâ privetur, argument l. 22. C. de p̄en. Schneid. § fin. Inst. de obl. que ex delict. fiatq; restitutio sine ullo gravamine, nisi forte, pecora fuerint, quibus alimenta debeantur: pro his namq; dominus satisfaciat. Conf. Crim. Carol. V. art. 213. & preced. 207. ubi dicitur. *Ungedachtet ob es gleich an eslichen Orten anders gehalten/ daß nich ein Gewonheit/ sondern ein Missbrauch ist. in art. itidem 213. mos hic abusibus & irrationalibus consuetudinibus annumeratur.*

[b] Quia accidens hoc non præjudicet sententiæ semel latæ, neq; executionem impedit. Hieron Mustov. de Juridiz. n. 93. Bocer. ibid. cap. s. n. 71. Clar. §. fin. q. 98. n. 9. ibiq; in annotat. Job. Bapt. Bajar. n. 8. & 9. dummodo de condemnati nequitia & crimine apertissime constet. Quod si enim non purè confessus crimen, neq; liquidis satis probationibus convictus fuerit, non usq; adeo inepta & iniqua videtur, contraria sententia: secundum quam facultas Jenensis Anno 1591. mens Jan: pronunciavit, & furem in ejusmodi casu absolvit, teste Virg. Ringit

Pingitz. Quæst. Saxon. 7. n. 9. Quam etiam opinionem in iis terminis, si reus protestatus sit de innocentia sua, defendant Tiraq. de pæn. temp. vel remit. caus. ul. Neguzan. in syl. nupt. n. 62. v. decimum octavum.

[c] Quod de fure dicimus generaliter ad capitibus damnatos pertinet, deq; iis similiter negandum est, quia delicta impunita esse non oportet l. 51. ad L. Aquil. & publicè interest, non remitti facile posnam, ne ad maleficia temere quisquam profiliat l. 14. C. de pæn. jung. Schneid. ad rubric. Inst. de obl. que ex del. nasc. in pr. n. 3. Bocer. de Ju- rūdīct. c. 5. n. 71. in fin. Atq; in hanc sententiam respondisse Scabinos Jenenses Quæstori Wismarietis Anno 1581. refert Schulz in Synop. Inst. ad §. pæna. 6. Inst. d.t. ex Coler decis. 138. Quin, si conjux intercessione suâ à supplicio capitinis conjugem liberare non potest (excepto casu adulterii simplicis, in quibusdam locis & nominatim juxta Const. August. 19. par. 4. in terris Electoris Saxonici) ubi tamen favor matrimonii magis pugnat: quanto minus puellâ sua petitione id efficiet. Illa verò ratio quam cum Bartol Chassoneo in Consuet. Burgund. § 2. teste Tiraquello de pæn. temp. aut remit. caus. 56. quidam afferunt pro contraria sententia, non tam faceta, quam injuriosa est in matrimonium à Deo institutum, quod scilicet uxorem ducere æquale mortis supplicium reputetur, adde Clar. q. 9. 8. n. 6. ibiq; annot. Bajay. n. 4.

[d] Covar. 2 pract. q. 11. n. 9. Ob eas rationes, & textus juris Civilis & Canon: qui suadent ac volunt in genere, delinquentem remittendum esse ad locum delicti commissi. Illarum recenset alias Callistra- tum Ictus in l. 28. §. 15. de pæn. Covarr. d. q. 11. n. 3. His sunt l. 7. §. penult. & ult. l. ult. ff. de accus. l. 7. de custod. reor. Auth. Quæ in provincia. C. ubi de crim ag. Nov. 69 c. 1. c. 1. extr. de raptor. Fiat autem remissio ad petitionem judicis loci, in quo patratum est scelus, quæ si præcedat, omnino necessaria est de jure communi Romano Nov. 134. c. 5. & ex eo defumpti Auth. si vejö C. ad L. Jul. de adulter: sin minus, non tenetur judex originis vel domicili remittere reum. Covar. d. loc. n. 6. Jul. Clar. lib. 5. § fin. Q. 38. n. 19. Ut nec in easule levioris alicuius delicti Covar. d. loc. n. 7. v. octavo. Clar. de loc. n. 23. Olim itaq; quemadmodum d. Nov. 134. cap. 1. remissio fuit necessitatis, hodie verò urbanitatis est. Solet enim, verba sunt Gail. 1. de pac. publ. c. 16. n. 31. plerumq;

in Ger-

in Germania & aliis Provinciis in atrocioribus delictis propter exemplum & locum delicti precario & jure amicitiae & vicinitatis atq; benevolentiae fieri remissio, idq; sub Antigrapho, sive literis reversalibus (ut vocant) ipsius Magistratus aut Domini remissionem petentis; quod videlicet hujusmodi remissio, remittentis jurisdictioni non sit futura documentum, sed sine præjudicio.

[e] - per art. 162. ubi generaliter statuitur, quod unum furtum alterum agravet, nulla adhibita distinctione. Covar. 2. var. resolut. c. 9. n. 7.

& cap. 10. n. 2. in fin. Clar. Lib. 5. sentent. § furtum n. 12. & 13. Tract. vol. 2. Disput. 30. th. 3. Lit. f. Tantum moniti meliora sequemur.

---

### Ad Præstantissimum Dn. Respondentem.

**S**unt quibus unum opus est, argenti pondera puri Congerere, ac auri nitidi corraderi acervos, Sepè etiam vafrà tituli sub imagine justi. Hunc rupit atq; tenet nunquam satianda voluptas, Quæ prius enervat mortali in corpore vires, Dicere quam possis vires dici unde merenti. Rectius at tu, MARCE, facis, dum sacra Minerva Scrutaris, Clari oq; bauris de fonte liquores. Macte animo, Musasq; colas & Pallada mente Perpetuo, illarum sanctissima castra sequaris Sic quondam è studiis famamq; nominis auras Capeabis, meritumq; feres non vile laborum.

FRIEDERICH von Nessen.







ando quis obscuro loco natus, fraudulatione, nobili alicui familiae se inferebat titulo cognationis ab aliis, vel ejus familiae, nobilibus pecuniam, vel aliquid dicit, vel alio modo eosdem fallat. o 1615. vagabundus quidam homo couelem Phocam, Palatinum Constanti- cupans, & ex familia illustri Græcorum iactans, adjumento intercessionū, quas tē impetraverat, in plurimorum prin- s, & civitatibus ingentem pecuniā & emendicavit; cui postea, ob delicti pœnam dictaverunt Scabini Lipsien- no 1629. Mens. Martio fœminæ cui- , ex nobili familia se natam & bonis mutato nomine à Nobilibus pecuni- , pœnam temporalis relegationis in- runt. Carpzov. prax. criminal. part. 2. iam sequenti num. 41. adducit exem- pi assumpto nomine Advocati cuius- ejus publicè jactayerat, quem postea audia Senatus virgis coedi, & exilio trinvent & hoc exempla relata à Valer,

## XVI.

us est, quando quis, personā sua pla- en suum mutat, & se pro alio suppo- ma apud Historicos aliasq; scripto- inter quæ notissimum est illud Plau- ptāforma Amphitheatronis, adversus nocte quadam, velut ē bello rever- encubuit. Plura vide apud Johannem

B 3

Cora-

098  
C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 20 18 17 16 11

Patch Reference Chart TE263 Serial No.

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

